

Quatinus ab hac die firmum, et stabile sit donum nostrum in ipso uenerabile loco, et neguerit
nobis, neguerit ab ullo herede, posteroque nostro in ipso loco aliquando contradicatur, sed omni
tempore stabile permaneat. Actum in Reate Mense, et Indictione suprascripta. T. Ego Joha-
nes presbiter in hoc testamento a me facta, manus mea. T. Ego Teudemundus sculdhov,
manus mea. T. Ego Opteramus manus mea. T. Ego Paulus Pasindus manus mea. T. Ego Gu-
dipertus notarius scriptor hujus carte, compleui, et dedi.

CXXXI.

In Nōmine Domini Dei Saluatoris nostri Iesu Christi. Re-

gnante domno nostro Karolo viro excellentissimo Rege Francorum, atque Langobar-
dorum, Anno Regni ejus in Italia v. Sed et temporibus domni uiri gloriosi Hildeprandi
summi Ducis Ducatus Spoletoni, et uiri magnifici Rimonis castaldii ciuitatis reatinę, Mense
Junii, per Indictionem i. Ego Basellus Filius cuiusdam Saxonis sana mente, et integro con-
silio, dōno, trado, atque concedo in eterna traditione, atque offero Filios meos, idest Cun-
pertum, et Ariechisium, cum omni substantia mea in Monasterio sanctę Dei genitricis,
semperque Virginis **Marię**, quod est positum territorio sabinensi, loco qui dicitur
Acutianus, ubi uenerabilis **Probatus** Abbas esse uidetur, seu cunctę Congregationi
ipsius Monasterii, casas, uineas, terras, siluas, Pomas, Pratas, olivas, cultas, uel incultas,
ubi ubi habere uisus sum. Id est casas meas, et domos cultiles in Octauo, cum omnibus,
que ad ipsam casam pertinent in integrum. Portionem meam in eisculis, in integrum
in loco qui dicitur Cardianus, que regitur per Bibulum. Seu in Amietino, casas maspari-
tias IIII. que reguntur per Guilefusum, et Arecisium, et Anastasium, et quendam Susti-
lum. Itas IIII. casas a presenti die in ipso sancto Monasterio, cum predictis Filii mei
is tradimus. Alias uero substantia mea suprascripta, dum ego Basellus aduixero, om-
nia in integrum in mea sit potestate, usu fruendi, nam non alienandi. Iterum si Coniuex
mea post meum obitum remanerent, predicta omnia substantia mea in Pitiniano, usu
fruendi, dum aduixerit, teneat, non alienandi. Post meum uero et illius discessum, omnia
mea suprascripta substantia in ius, et potestatem ipsius Monasterii deueniat. Excepto,
quod in haec cartas minime fecimus, quia donauimus Filii bus nostris in Capita casale, qui
dicitur Bezenanus in integrum, et in Postiano portionem nostram in integrum, et casam
meam intra ciuitatem reatinam, et in Oliano clausuram meam in integrum. Ita IIII.
locas, ad Filii nostras dedimus, et Proculum Colonum meum, cum portione sua, et cum
Filiis suis, post obitum meum, et alios seruos meos, uel ancillas, quos per cartas liberos di-
misero, liberi permaneant. Quatinus ab hac die firmum et stabile sit donum nostrum,
atque offensio in ipso sancto Monasterio, et neguerit a nobis, neguerit ab ullo herede, poste
roque nostro aliquando contradicatur, sed omni tempore stabile permaneat, quia pro
remedio anime meę predictam meam substantiam, in suprascripto Monasterio tra-
didimus possidendum. Actum in Reate, Mense, et Indictione suprascripta. Signum
T. manus Baselli, qui hanc cartam fieri rogauit. T. Ego Teudemundus manus mea. T. Ego
Godifredus manus mea. T. Ego Alaisius manus mea. T. Ego Remicisius manus mea. T.
Ego Gaiderisius manus mea. T. Ego Leo manus mea. T. Ego Stephanus notarius scriptor

*A eius Eccl. 5:
Victoris, et Dotie
cum portione mea in
Pantana, in integra
seu portione mala
in Pitiniano in in
tegrum.*